

213.

Bischof Udo I. von Naumburg bezeugt, daß, nachdem von ihm Kinderode mit Zustimmung seines Bruders, des Landgrafen Ludwig von Thüringen, dem Kloster Walkenried überlassen worden, der Probst Konrad von St. Moritz (zu Naumburg) 7 Hufen daselbst tauschweise empfangen und auf Antrag des Abtes Heinrich von Walkenried mit diesem gemeinschaftlich besessen, nach Verlauf 5 mehrerer Jahre aber demselben für 20 Mark Silber verkauft habe. [Vor 1148.]

Hdschr.: Or. Perg. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel. Phot. H. St. A.

Gedr.: Urkundenbuch des histor. Vereins für Niedersachsen 2. 1,11.

Anm.: Die undatirte Urkunde bietet keinen Anhalt für speciellere chronologische Einreihung. Sie ist deshalb vor das Todesjahr des Bischofs 1148 eingeordnet worden.

10

C. : In nomine sancte et individue trinitatis omnibus Christi fidelibus in perpetuum. :
Notum sit omnibus tam | futuris quam presentibus, quod ego Vdo Nuenburgensium epis-
copus pro remedio anime meę patris et matris meę | ceterorumque parentum meorum
terram quandam Chinderoth ecclesię Walkenredensi contuli, quam patrimonii | mei portione
commutavi eamque, quibus decuit, auctoritatibus una cum fratre meo Lodewico provinciali 15
comite confirmavi. Contigit autem, ut dilectus noster Conradus sancti Mauricii prepositus
infra eandem terram ex quodam concambio vii mansos acciperet, quos abbas Henricus
eiusdem ecclesie primus, ne impedimentum ab extraneo pateretur, petiit, ut sibi iure com-
muni traderet et censum scilicet xxx et v solidos pro ea solveret. Et ita factum est.
Decursis itaque pluribus annis abbas et prepositus inter se convenerunt parique consilio 20
subditorum advocati traditione meo consilio alter vendidit, alter emit et xx marcas puri
argenti dedit. Ut autem hec inconvulsa permaneant, sigilli nostri impressione roboramus,
roborata firmamus. Si quis autem ausu temerario hec infringere temptaverit, anathema
sit maranatha, hoc est partem habeat cum traditore Iuda, si non cum satisfactione
resipiscat.

25

(SJ.)

214.

Richterspruch der zu Frankfurt versammelten Fürsten — darunter Otto, Sohn des Markgrafen Konrad — in Bezug auf die Klagen der Mönche vom Kloster des heil. Remigius über die Bedrückungen und Gewaltthätigkeiten der Klostervögte. — Zeuge: Landgraf Ludwig. Frankfurt, 1149 Aug. 21. 30

Hdschr.: Or. Perg. Kgl. Bibliothek zu Stuttgart. S. zerbrochen, hängt an Lederstreifen = Heffner V, 33.

Gedr.: Mon. Germaniae 4,564. Stumpf 3565.

Anm.: Vergl. Ficker, Beiträge 1,354.

Anno dominicę incarnationis M̄C̄XLVIII, indictione XII, duodecimo kalendas sep-
tembris venerunt fratres de monasterio sancti Remigii Francorum apostoli, Hugo scilicet | 35
eiusdem ecclesię venerabilis prior, Petrus prepositus de Monte sancti Remigii, Iohannes
camerarius, Frankenewrt ad curiam invictissimi Romanorum regis Cūnradi secundi | et
fecerunt querimoniam de advocatis, qui erant in terra, que pertinet ad Montem sancti
Remigii, quorum numerus magnus erat et plus ad nocendum quam ad defen|dendum
paratus. Super quorum proclamatione quesita est a domino augusto sententia iudicii, et 40